

V, 82.

2.417a



CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT XXXX

VT
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI
DOMINI
CHRISTIANI. FRIDERICI. CAROLI
ALEXANDRI

MARCGR. BRANDENB. BVRGGR. NOR.
RELIQVA

NATALEM TRICESIMVM QVINTVM
PATRIS. PATRIAE. LONGE. CLEMENTISSIMI
NOMINEVS. CIRCVMQVAQVE. FESTOS DIES. CONCINENTIBVS

IN. EVTYCHES. DIEM

PRIDIE. IDVS. MARTIAS. A. R. S. CIOCCCLXX
BONI. OMNIS. CAUSA

CERTANTE. CVRIAE. PROCERVM. CIVIVM. Q. PIETATE
CVM. LIBERALIVM. ARTIVM. STUDIOVIS
QVO. DECET. CVLTV. INDICERET

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS.

CVRIAE. REGNITIANAE
EX. OFFICINA. HETSCHELIANA;

N. II.

AD MERIDIEM VERSVS.

Qui HERMVNDVROS *meridiem versus* collocauerunt, fecere eos *accolas Salae Thuringorum* vel longius inde *ad Austrum per Franciam orientalem.*

PENSVM I.

AN AD SALAM THVRINGORVM?

Aduerso flumine nauigantium aliis *dextram* aliis *sinistram* istius *Salae* latus texere HERMVNDVRI.

SEGMENTVM I.

IN DEXTERO LATERE.

Index dictorum.

- | | |
|--|---|
| §. I. An? | §. XI. In <i>Saxoaltenburgensibus</i> ? |
| §. II. In <i>Barbii</i> ? | §. XII. In <i>Schwarzburgorudolphicis</i> ? |
| §. III. In <i>Magdeburgicis</i> ? | §. XIII. In <i>Saxosalfeldicis</i> et <i>Coburgensibus.</i> |
| §. IIII. In <i>Anhaltinis</i> ? | §. XIII. In <i>omni Thuringia</i> ? |
| §. V. In <i>Halberstadiensibus</i> ? | §. XV. In <i>Hasfiacis</i> ? |
| §. VI. In <i>Mansfeldicis</i> ? | §. XVI. In <i>Wetterauicis</i> ? |
| §. VII. In <i>Stolbergensibus.</i> | §. XVII. In <i>finibus Franciae orientalis</i> ? |
| §. VIII. In <i>Mersburgicis</i> ? | §. XVIII. In <i>Vogelandia Rushenica</i> ? |
| §. VIII. In <i>Weisfelsicis Numburgicisque</i> ? | §. XVIII. In <i>Curianis Brandenburgicorum.</i> |
| §. X. In <i>Saxovinariensibus</i> ? | |

§. I.

HERMVNDVROS *Salam Thuringicam* coluisse, persuasissimum est plerisque. 1.) An vero eiusdem utramque ripam, non conuenit inter omnes. Occidentalem, qua Thuringiam spectat, permittunt, si non multi, saltem aliqui. 2.) Quem enim finibus praeconum populorum in Germania olim paucisfimis explorata adigere poteris, arbitrum

- 1.) Quorum principes nominavi supra 2.) In insequentibus §is singulatis
Cap. III. Sect. II. Int. I. Part. II. N. II. nominandi,
§. VIII.

trum? Iuabit saltem nosse potiora, quae tenuerint HERMVNDV-
RI, si a *Sala* illo occidentem versus habitauere.

§. II.

Cui constat, *Barbiam* adiacere ostio *Salae*, non aduerfabitur,
eam eiusdemque agrum HERMVNDVRIS adsignare, praesertim si
villae adiacenti TOR^{niz} 1.) ea aetas adferri possit, ut gentis istius
vestigia 2.) in TOR 3.) remanserint, cui a Slauis olim illa occu-
pantibus accesserit posterius *niz.* 4.)

§. III.

Hinc in meridiem pergens uiserit *Calbiam* Magdeburgicam.
Illud nomen putant 1.) sortum ducere ex *Calebia*, quae Ptolemaei 2.)
Καλαίβια, 3.) *Calegia* *Calegiano*, cum inde Witteberga Saxonum, cui
quidam 4.) eam tribuerant, fuit remota. 5.) Ludere me putares, si
ad *Halam* HERMVNDVRORVM illam *Calegiam* traherem. Quis
autem nescit, prisca multorum locorum nomina non propagata fuisse
integra ad posteros? Et quoties non *C*, *CH* et *H* inter se in vicem fue-
re permutata? 6.) Sed dixeris, *Halam* illam non ferre aetatem Clau-
dianam. Et tamen posset esse *Calegia*. Cui vero non liceat exer-
cere ingenium, quo feruet aeuum praesens? 7.)

G g 2

§. IIII.

1.) Quam vel in nupero Indice
Cunctorum Saxoniae Electoralis Locorum
p. 227. monstrasse sufficiat.

2.) Quae deprehendimus supra Cap.
III. Sect. II. Int. II. Part. II. N. I. Pens. I.
§. VI. et Pens. II. §. III. et V.

3.) Cuius causa, ni graue sit, repe-
te, quae Cap. II. Sect. II. adfuerunt.

4.) Huius uero causa, quae in nostris
Anal. Brandenburg. Part. III. Cap. II. sub
Culmiz pag. 180. seq.

§. III. 1.) Facem praeserente Albino
in Annal. Terrae Misnicae Tit. III. p. 48.

2.) ΓεωργαΦ. ΥΦηγής. Lib. II.
Cap. XI.

3.) Quae quidem in quibusdam libris
Γαλαβια. Quam parum autem *K a Γ*
dislideat, supra Cap. III. Sect. I. Int. II.

§. XVIII. varians Langobardorum nomi-
nis scriptura docuit. Non dum tamen
adparuit *Calefia*, quae in Becmanniano-
rum March. Brandenb. Tom. II. Part. V.
Lib. I. Cap. VIII. Sect. III. §. p. 48. lon-
ge aliud tuentium.

4.) A Weidlero respondente Wuste-
manno in Disf. de Latit. et Longit. Wit-
tebergae et de *Calegia* Ptolemaei §. XI.
nominati.

5.) Ab eodem §. XI. seqq.

6.) Quod demonstrari in Analectis
meis paullo supra nominatis p. 179.

7.) Sane, hic locorum *Hermunduros*
confedisit, non alienum fuit uisum Wu-
stemanno de *Hermunduris* secundum
Ptolemaeum §. XIII. extr.

§. III.

Inde Bodam fluuium si transmiseris, eris in ditione *Anbaltinorum* Principum Germaniae et generis antiquitate et gestis haud postremorum. Ea vero est adiecta ei, quam ex terris horum HERMVNDVRRIS tribui, iam in prioribus 1.) innotuit.

§. V.

Eorumdemne vero imperio quoque subiecta fuerint his confinia ad dextram *Halberstadiensia*. 1.) Hic sane HERMVNDVRRIS Langobardi adfines 2.) esse potuissent.

§. VI.

Quae ista contingunt, *Mansfeldica* ab HERMVNDVRRIS non toto caelo distantia concesserit, 1.) quicumque meminerit eorum, quae iam supra 2.) coniecimus. Qui enim contenderit ad fines, qui Halensia et Merseburgica spectant, peruenerit ad *Salzam*, qui fuit 3.) *annis gignendo sale fecundus, de quo inter HERMVNDVRRIS Cariosque* magno proelio fuit certatum. 4.)

§. VII.

Longius autem in occidentem eos, quo Cheruscis atque Hercynio saltui propiores essent, 1.) per *Stolbergensia* ad *Eichsfeldanum Duderstadium* vsque 2.) confedisit, ego quidem si velim, huius vrbis nominis principio *DV* respiceret, quod ad *HERMVNDVRRIS* in haererem. 3.)

§. VIII.

Hoc flumine transgresso inambulans in viridi *Salae* ripa deferatur *Merseburgum*. Hoc esse *Μαγούιον* Ptolemaei 1.) potius quam *Magde-*

1.) Cap. III. Sect. II. Int. II. Part. II. N. I. Penf. I. §. VI. et Penf. II. §. III. §. V. 1.) Eckharto de Reb. Franc. Orient. Lib. I. §. X. p. 7.

2.) Quos fecimus Cap. III. Sect. I. Int. II. §. XVIII.

§. VI. 1.) Vt nominatim concesserunt Eckhartus de Reb. Fr. Oriental. Lib. I. §. X. p. 7. et Steffensius in Hist. Prisc. Incol. Teuton. Cl. III. p. 194.

2.) Cap. III. Sect. II. Int. I. Part. II. N. II. Penf. III. Part. II.

3.) Si ibidem praemisit Part. I. sufferent.

4.) Teste Tacito in Annal. Lib. XIII. Cap. LVII. n. 1.

§. VII. 1.) Cuius causa euolue supra Cap. III. Sect. I. Int. II. §. XVIII.

2.) Quod voluit Steffensius in Hist. Prisc. Incol. Teuton. Cl. III. p. 194.

3.) Si memineris supra Cap. II. Sect. II. Int. I. Part. II. §. VI. prolatorum.

§. VIII. 1.) *Μαγούιον* Lib. II. Cap. XI.

Magdeburgum vulgo 2.) habitum, illius Praeful sui temporis doctissimus 3.) comprobat, eandem suam sedem *Mese* nuncupatam esse pronuncians. Hanc autem iste geographus HERMVNDVRIS haud obscure inscripsit. 4.)

§. VIII.

In *Weisensfeldicis* atque *Numburgicis* regionibus iam non morabimur, quoniam proximo itinere in eorum cuiusque capita delati nanciscemur meliorem occasionem legendi HERMVNDVRORVM vestigia.

§. X.

Tum patet via in ea, quae sub tutela ANNAE AMALIAE PRUDENTISSIMAE cum maxime florent. Ingredientibus obuiam est DORNBURG adiacensque DORNdorf. Et in his quispiam quidquam HERMVNDVRORVM nominis mansisse reliqui existimaret. 1.) *Ienam* sane eandem gentem condidisse visum fuit. 2.)

§. XI.

Altenburgensia in hoc itinere non tam late patent, vt ne emetiamur, quin ibi diuertamus. Diuertemus autem proxime.

§. XII.

Rudolphopolis accessus faciles nunc obtulit hospita tellus, quae gaudet SER. LVDOVICO GVNTHERO. Haecce autem quondam in HERMVNDVRORVM potestate fuerit, si omnis tractus *Salae* occidentalis.

§. XIII.

Idem valuerit de *Salfelda* atque forte quoque de reliquis, quo ea refertur, *Coburgensium* cum *Hennebergicis* 1.)

G g 3

§. XIII.

2.) Vt Pirkheimero in Opusc. Hist. p. 102. Werdenhagenio de Rebbupbl. Hanf. p. 3. Merkelio in Magnif. Parthenopolif. Cap. 1. p. 4. Pomario in Chron. Saxon. p. 32. Dreihauptio de Pao Neletici et Nudzici Part. Gen. Cap. II. §. II. p. 9. quorum sententia neutiquam firmo talo stat Paullo Lenzio in Hist. Archiepiscop. Magdeburg. §. III.

3.) Ditmarus in Leibnitii Script. Rec. Braunsuic. Tom. I. p. 324.

4.) Vt visum Wullemanno iam supra laudato §. XIII.

§. X. 1.) Quale adfuit paullo ante §. II.

2.) Adolario Erichio in Mappa Thuringiae, cui suffragatur Beierus in Geogr. Ien. Cap. III. §. III. p. 71.

§. XIII. 1.) Vti quidem didicant Cluuerius in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXVIII. Pregizerus Gent. et Rega. Europ. ex Sueuis Contin. Thes. X. in Wegelini Thes. Rec. Suen. Vol. I. p. 265.

§. XIII.

Non solum autem haec, quae ex Thuringia fuere nominata, 1.) adsignant HERMVNDVRIS, sed hinc longe remotiora adeoque vniuersam, quae iam nominatur, *Thuringiam*, 2.) Vereor autem, vt id efficiant, nisi HERMVNDVROS et *Thuringos* pro vna eademque gente habeant, 3.) qui tamen a se in vicem diuertunt, 4.) aut origines vnius ab altera petant, 5.) quorum vtraque eodem tempore pari aetate videtur floruisse. 6.)

§. XV.

Brechenmacherus in Notit. Suen. Antiq. §. XIII. in eodem Thef. p. 79. Cellarius in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. Sect. III. §. LXXIII. Spenerus in Notit. German. Antiq. Lib. V. Cap. VI. §. I. p. 120. Melisfantes in Theatr. Rer. Memorabil. Part. II. Cap. CVII. p. 263. Iunkerus in Introd. in Geogr. Med. Aeuu Part. II. Cap. I. p. 100. Schumacherus de Ant. Urb. Grimae Stat. §. VI. Binaius in Hist. Teut. Imperat. et Imper. Tom. I. Lib. I. p. 34. Wideburgius de Pagis Vet. Misn. §. I. sub (b) p. 117. Falkensteinius in Antiq. et Memorab. Nordg. Vet. Tom. I. Cap. I. §. III. p. 5. et Tom. II. Cap. I. §. XVII. p. 24. Steffenius in Hist. Prisc. Incol. Teuton. Cl. III. p. 194. quod vt probent, cupit Schoettgenius de Hermunduris §. X. Anal. Diplom. Hist. Saxon. Super. Part. I. Obseru. I. p. 13.

1.) In primis quatuor sis superioribus.

2.) In quibus Winkelmannus de Orig. Thuring. p. 35. Sagittarius de Regn. Thuring. Cap. III. p. 60. Heineccius de Antiq. Reg. Gosl. Stat. Cap. I. §. XI. p. 10. Abelius in Antiq. Teuton. Cap. I. §. XVIII. extr. p. 144. Olearius Rer. Thuring. Syntagm. contin. p. 152. Iunkerus in Introd. in Geogr. Med. Aeuu Part. II. Cap. I. p. 100. Zschakuitius in Illustr. Antiq. German. Cap. I. §. 12. p. 17. Eckhartus de Reb. Franc. Orient.

Lib. I. §. X. p. 7. Weisius in Antiq. Misn. Saxon. Singul. Cap. III. p. 37. et Grasshofius de Orig. atque Antiq. Muhlhusae Thuringorum Cap. I. §. II. Muldenerus de Cattenburgo §. III.

3.) Vt habuerunt Conringius de Antiquisf. Stat. Helmestad. p. 76. Peiferus in suae Lipsiae Lib. I. p. 33. seq. indice Tenzelio in Menstr. Colloq. Anni ~~crotoce~~ xxxviii. April. p. 378. seqq. et potissimum Abelius in Antiq. Teuton. Cap. II. §. XXIII. p. 424. seqq. quibus calculum plane adiecit huius posteriora repetens Falkensteinius in Antiq. et Memorabil. Nordg. Vet. Tom. I. Cap. I. §. III. p. 6. seq. ac in Chron. Thuring. Lib. I. Cap. II. §. III. p. 118. seqq. Lucae in S. R. I. Principum Aula Part. III. Cap. I. p. 586. Gschwendius in Chron. Eisenberg. Lib. I. Cap. III. §. I. p. 7. Zschakuitius in Illustr. Antiq. Teuton. Part. I. §. 12. p. 17. et §. 22. seqq. p. 38. seqq.

4.) Quod docuit vir eruditissimus in Boyfensiano Vniuersal. Histor. Analect. Part. I. Obseru. I. §. XIII.

5.) Cum Winkelmanno tum Disf. Latina de Origine Thuringorum tum Germanico libello de Origin. et Init. Thuringorum.

6.) Quod docuit idem sub 4. numero paullo ante laudatus potissimum §. XV. seqq.

§. XV.

Multo minus culta fuerint ab HERMVNDVRIS, quae iam nomine *Hasfiae* inclaruere, 1.) quippe quae ab eorum aduersariis *Charis* tenebantur, 2.)

§. XVI.

Inconsulto igitur promoueris HERMVNDVRORVM limites, si intra eos posueris 1.) *Wetterauiam*.

§. XVII.

Et si vel ab vrbe Salfeld paullo ante 1.) dicta ducatur 2.) „linea „ad *Radiaci* fontem, mox ipse *Radiacus Moenus*que ad *Redonici* vsque confluentem, et opidum *Bamberg* ea includatur, „ Sed illuc proximo Penso. Iam enim cisfalana sunt emetienda.

§. XVIII.

In proximo est pars ab Aduocatis S. R. I. qua dignitate fulgebant olim eius domini, sic dictae Aduocatorum Terrae vulgo *Vogtlandiae*. 1.) Huius quidem cisfalanae caput est *Lobensteinium* ILLUSTRISSIMI HENRICI II. sede eleganti insignita vrbs. 2.) Ista vero aequae HERMVNDVRI olim habuerint, 3.)

§. XVIII.

1.) Vt edixit iste aliquoties nominatus Zschakuitius §. 12. p. 17.

2.) Quod satis probauimus Cap. III. Sect. II. Int. I. Part. II. N. II. Penf. III.

§. XVI. 1.) Cum saepius accito Zschakuitio.

§. XVII. 1.) §. XI.

2.) Cum Cluuerio in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXVIII. cuius placita propagauerunt Cellarius in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. Sect. III. §. LXXIII. Spenerum in Notit. German. Antiq. Lib. V. Cap. VI. §. I. p. 120. et Steffenius de Prisc. Teuton. Incol. Cl. III. p. 194.

§. XVIII. 1.) Videatur Ehrenfried Durius de Terra Aduocatorum sine Vogt-

land Ienae anno CIOIOCLXXV. prodita.

2.) Cui Monumentum posuit Coerberus libello peculiari anno CIOIOCCXVII.

3.) Si audias Cluuerium in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXVII. Brechenmacherum in Notit. Sueu. Antiq. §. XIII. in Wegelini Thes. Rer. Sueuic. Vol. I. p. 79. Cellarium in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. Sect. III. §. LXXIII. Iunkerum in Introd. in Geogr. Med. Aeu. Part. II. Cap. I. p. 100. Spenerum in Notit. German. Antiq. Lib. V. Cap. VI. §. I. p. 120. Zschakuitium in Illustr. Antiq. Teuton. Part. I. §. 12. p. 17. Steffenium in Hist. Prisc. Teuton. Incol. Cl. III. p. 194.

§. XVIII.

Cuius imaginem in breui quasi tabella, quam ad hanc rationem vellem pictam, amplexus sum, qui HERMVNDVRRIS dedit, non inuideat iis tenues illius *Salae* origines? 1.) Hae 2.) vero haud procul Cellae in radice iugi, qua patet, montis, qui vulgo audit *Pimifer*, melius *Picifer*, 3.) in saltu *Moenchbergenfi*. Per tortuosi amnis sinus flexusque procedens a sinistra ad tertium fere lapidem recipietur *Curia Regnitiana*, 4.) quam non nullo iure HERMVNDVRRORVM cognominandam per quadraginta folia huius materiae an facturi simus pretium, penes aequum sit cenforem, qui ab illius ymbilico haud procul absumus.

Vrbem autem hanc ingressi exclamamus quoque, vt olim Romae, ne eius ciues Veios transmigrarent: Signifer statue signum hic manebimus optime. Resonat enim Curia nostra clamoribus festiuis in dies intentioribus. *Ante diem V. Calendas Februarias* in fastis nostris minio rubet CAROLVS, a. d. III. *Nonas Martias* FRIDERICVS, interpositis quatuor diebus a. d. VI. *Ias Martias* ALEXANDER, proxime a. d. XVII. *Calendas Apriles* CHRISTIANVS. In his a. d. VI. *Cal. Mart.* anno huius seculi tricesimo sexto SERENISSIMVS CHRISTIANVS FRIDERICVS CAROLVS ALEXANDER in hanc lucem fuit editus. Num grauidae facili Lucina? Immo gratia diuina. Hanc agnoscunt prae reliquis eorum commilitonibus aliquot, e quorum re *Albertinofridericianam* cum *Fridericoalexandrina* commutare. Quatuor eorum contigit, vt et superfederent, quod in habitationes in alimenta in viatica impendunt exteri, et pudicius sub oculis parentum educarentur, et statim ab infantia natale solum amare confuecerent, et iam stipendium trium annorum in Musas PROPENSISSIMI PRINCIPIS quisque, quod numquam antea factum, merent, eiusdemque priores duo cum quinto in Themidos reliqui in Eusebiae castris, quibus vt pares sint, dictata magistris suis non solum

1.) Eas vero in *Hermunduris* posuerunt non nulli Cap. III. Sect. II. Int. I. Part. I. Partic. III. §. V.

2.) Iam Cap. III. Sect. II. Int. I. Part. II. N. II. §. VIII. digito vel vt monstrat.

3.) De quo Cap. III. Sect. I. Int. I. Part I. §. III.

4.) Cuius adpellationis rationem dedimus peculiari libello, qui inscribitur Vnde Curia cognominatur *Regnitiana*, anno CIOIOCCXXXVIII.

lum promte reddiderunt, sed et filo et sermone mutuo adplicauerunt. Vltimus quidem ludum literarium cum scriptorio commutabit. Id omne Deus bene vertat.

CAROLVS GOTTLOB HASS medius ex tribus fratrum, qui post sollennem Curiani lustrationem anno ciorocclxi. huius primitiae, quo numero ternario tribus ordinibus haud facile obtulerit patrum quis. Vir enim Praenobilissimus Iurisque Consultissimus Georgius Michael non ignarus disciplinae, qua in decus gentis suae de Curia iam dudum optime meritae adoleuerat, ex foro Weidensi Saxonum vel vt postliminio rediens nihil prius habebat suorum amantissimus, quam in patrium gymnasium deducere filios, quorum vltimum proxime comitem dabit. Ilte, qui anno ciorocclxvii. in Martinalibus homines ad *optimam scientiam a religione manu quasi duci* oratione vernacula ad leges metricas composita, anno insequenti in nominalibus DIVI PRINCIPIS, *an animi imperantium ianua numi eorum*, inquisiuit metro soluta Romana priscae indolis, qua iam ex se capiet argumentum docendi, *quo diutius gens alicuius alicubi floruerit, eo pluris sua referre, ibi cuncta perflare sarta tecta*que, quo anhelauit per proximum semestre egregius gregis scholasticae dux.

IOANNES HENRICVS TROETSCHER, ex quo Parens Vir Praenobilissimus Iurisque Consultissimus Christianus Philippus Serenissimo Principi Onoltsbacoculmbacensi a secretis atque Splendidissimi Curianae prouinciae tribunalis Commentariensis Adsiduus hunc filiorum suorum natu minimum, vt antea binos maiores, athenaeo patrio formandum tradidit, illum Hasium, quem huc secutus erat, sequebatur amico virtutis modestiaeque certamine adeo, vt ne quidem in publicum doctorum confesum prodeuntem defereret. Sic primum *Luthera*na de repurgata doctrina Christiana merita cantabat vernacula, sic deinde Latina oratione, *an commodum sit de re numaria saepius disferere*, inquirebat, sic iam iterum Teuto poeta canet laudes vnico ac vero Deo, qui PRINCIPEM AEQVISSIMVM, quem seruet diutissime, concussae dedit patriae.

H h h

CHRI-


❁ ❁ ❁

CHRISTOPHORVS PETRVS TAVBER a Patre Ioanne Andrea Curianaemilitiae Optione Strenuo illis quidem anno serius Musarum orgiis iniciabatur, contendebat tamen omnibus animi neruis atque facultatibus, vt eosdem in itinere ad Parnasum virtutis via grascentes consequeretur, atque iis cum progressus faceret aequos in studiis, quod bene cesit. Nec auelli se passus est, quandoque illi ad rostra escenderent, ostendens semel, *religionem et naturalem et reuelatam esse*, iterum, *uile esse aliquoties de eadem re dicere*, nunc, *quanta cauiio atque diligencia verbi diuini praeconi adhibenda, vt ne Principum dignitati quidquam derogasse, neque tamen in adulationem et adsentationem indecoram labi videatur*, iam quidem atque primum ad Latii, secundo ad Teutoniae genium.

PETRVS ABRAHAM HOENICA Patre Ioanne Georgio, quem ex grauiori morbo superiori anno dolet amissum, Probo Ciue decem fere abhinc annis parario vel vt in gratiam rediit cum Musis, quas olim vnus eius gentis coluerat, haud inuita Minerva. Incurrit autem cum istis tribus quasi in quadrigarum curriculum, atque et iam coram proceribus soli natalis cum *de insatiabili veri videndi cupiditate*, tum *an memoriam Principum quidnam moneta constantius seruet*, iam metam adfectus rem sacram facientis *ante omnia esse saluem Principis a summo Numine exorare*. Fiet hoc, aequae ac prius factum, prosa Germanica, medium vero fiebat vorsa Romana.

IOANNES GOTTLOB TEMPLICH Caroli Friderici, dum viueret, ab actis Aehensis fori Consultissimi filius natu minor fere per sexennium modestiae et pietatis laudem sibi comparauit. Intra biennium, quo in subsellis superioris auditorii versatus fuit, *religionem Christianae purgationem diuinum opus esse adseruit carmine Germanico*, vt nunc *vota peregrini pro Principe alieno minus esse suspecta*.

IOANNES WILHELM VOGEL a Iacobo Alexandro Viro Nobilissimo Procuratore Illustrissimi Comitis de Schoenburg Schwarzenbaci ad Salam Indefesto, qui sumtui non parcens vlla in regnum



gnatum vnicum anno *MDCCCLXVI*, tempore auctumni ad Curianum adduxit, iam, vt ei adsit in obeunda re sua, reuocatus petiit, vt post illos publice testaretur animum praedicantem *discendi occasionem, quae in gymnasio datur, adolescentibus ad disciplinarum penetrabilia haud adspirantibus*, pedestri sermone eoque Teutonico, quali in ciues primi ordinis superiori anno coopertus exposuit, *auctoritati Principum ac soluti rerum publicarum valde aduersari quaedam Tiberinorum principiorum.*

Qui autem coierint, vt in hunc diem de symbolis essent, eos it rogatum Rectori, velint de arca sua haud grauatim comportare, quos studii numarii Brandenburgici iuuandi causa oculis frui auet: numos *Alberti Teutonum Achillis, Ioannis Georgii, Ioachimi Friderici S. R. I. Septemuirorum atque eorundem Augustae prosapiae*, qui nobis propiores Brandenburgico Culmbacensium *Christiani et Georgii Wilhelmi* maioris moduli pariter ac *Georgi Friderici Caroli*, huiusque ac filii succesoris *Friderici* aureos in eorum homagium, et grosfos *Baier. dorfi, Crustiae, Culmbaci, Curiae, Lauensternii, Lichtenbergae, Ludouicopoli, Neostadii, Pegnitii* anno 1622. percusos. Hoc enim pacto omnium optime in medium consulitur, vt consulet pro viribus, qui tum de more faciet missionem eorum, qui eam efflagitarunt.



In nomine domini Amen. Anno eiusdem regni imperatoris augustissimi ad Chris-
 tianitatem salutem. Nos, Gregorius, divina providentia summus pontifex romanus, ecclesiarum
 servus servorum dei, etc. ad quos pervenit, quod quidam quidam...
 in hac parte...
 Nos, Gregorius, divina providentia summus pontifex romanus, ecclesiarum
 servus servorum dei, etc. ad quos pervenit, quod quidam quidam...
 in hac parte...

Qui autem colunt, ut in hunc diem de se habent...
 itaque hunc...
 Nos, Gregorius, divina providentia summus pontifex romanus, ecclesiarum
 servus servorum dei, etc. ad quos pervenit, quod quidam quidam...
 in hac parte...
 Nos, Gregorius, divina providentia summus pontifex romanus, ecclesiarum
 servus servorum dei, etc. ad quos pervenit, quod quidam quidam...
 in hac parte...



Yb 4473

1078

ULB Halle

3

006 302 904



20







Farbkarte #13

B.I.G.

CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVRORVM

COGNOMINANDAM
DISSERIT XXXX

VT
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI

DOMINI
CHRISTIANI. FRIDERICI. CAROLI
ALEXANDRI

MARCGR. BRANDENB. BVRGGR. NOR.
RELIQVA

NATALEM TRICESIMVM QVINTVM
PATRIS. PATRIAE. LONGE. CLEMENTISSIMI
NOMINIBVS. CIRCVMQVAQVE. FESTOS DIES. CONCINENTIBVS
IN. EVTYCHES. DIEM

PRIDIE. IDVS. MARTIAS. A. R. S. CIOCCCLXX
BONI. OMINIS. CAUSA

CERTANTE. CVRIAE. PROCERVVM. CIVIVM. Q. PIETATE
CVM. LIBERALIVM. ARTIVM. STUDIOISIS
QVO. DECET. CVLTV. INDICERET

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS.



CVRIAE. REGNITIANAE
EX. OFFICINA. HETSCHELIANA.